



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Denkwürdige Beiträge für Geschichte und Rechtsalterthümer

Wigand, Paul

Leipzig, 1858

8. Gildebrief der Kürschner; 1280

urn:nbn:de:hbz:466:1-30944

7. Gildebrief der Schmidte. 1280.

× Anno Dom. M. CC LXXX Nos Godbertus de Uslaria, Volcmarus de Brunswich, Conr. Beseworm, Nycolaus de Luchteringe, Jo. de Natesungen, Arn. de Voltessen, Arnoldus gener Nycolay, Hermannus Rodolfi, Siffridus de Voltessen, Syffridus Parvus, Her. Monetarius, Jo. Bocholt, Consules in Huxaria, Notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos pro utilitate et honore nostre civitatis dedimus fabris in ea commorantibus unam gheldam sive fraternitatem, in hunc modum, ut quicumque faber extraneus grossus idem qui grossum opus operari, jamdictam geldam intrare decreverit, unum talentum cere ad candelam, et quinque solidos graves erogabit, quorum XL denarios Consules, et XX denar. recipient fabri. Sin autem aliquis de gracili opere, ut quod dicitur theutonice Kleynsmede predictam gheldam acquirere voluerit, unum talentum cere et III solidos erogabit, quorum duo Consulibus et unus dabitur ipsis fabris. Si eciam de numero eorum invite ipsorum servando forte rebellis fuerit inventus, ita quod super eo querimoniam ad consules detulerint, talentum pro excessu dabit III sol. graves, de quibus judicabitur sicut prius, et ipsi Consules talem rebellem debent cogere ad quod justum est faciendum ... siquis inter eos forte pro nimia paupertate geldam ipsorum eis servire non sufficeret, hic dabit II sol. graves, ad quos ipsi fabri suos denarios adjicient, ut cum hiis denariis alium hospitem possint acquirere, qui eis serviat suam geldam.*) Ad hujus omnis rei evidenciam presentem paginam inde confectam sigillo nostro fecimus roborari. Datum feria ante diem beate Katherine virg. anno predicto.

8. Gildebrief der Kürschner. 1280.

× Anno Dom. M CC LXXX, Nos Godebertus, Volcmarus de Brunswich, Conradus Beseworm, Nycolaus de Luchteringen, Arnoldus de Natesungen, Arnoldus socer Nycolai, Arnoldus de Voltessen, Hermannus Rodolfi, Siffridus de Hollessen, Siffridus parvus, Joh. de Bokhold, Hinr. Monetarii, Consules Huxarie, notum esse volumus universis pre-

*) Die zweite Hälfte der Urkunde ist etwas dunkel, und scheint nicht richtig geschrieben zu sein.

sencia visuris, quod nos dominis pellificibus nostre civitatis dedimus ghildam, sive facultatem eo jure vendicionis et empcionis, quo antiquitus habuerunt, in hunc modum, ut unusquisque eorum qui suum proprium opus operatur, ad presens dare debet tres solidos, quorum unum semper habebunt Consules, alios duos habebunt ipsi pellifices ad candelam et ad alios suos usus. — Pueri eciam eorum, qui hanc, ut predictum est, habent fraternitatem, si proprium opus habere voluerint, nichil ab eis requirendum, nisi talentum cere ad candelam. — Si quis eciam de numero pellificum opus suum seu hanc gyldam resignasset, aut in posterum resignaret volens statuta ... observare ad presens, et hic forte iterato vellet habere ghildam sepedictam, dabit sex solidos graves, et unum talentum cere, quorum tres sol. cedent Consulibus, et tres ipsis pellificibus. — Rursus si quis extraneorum memoratam ghildam intrare voluerit, dabit VI sol. et unum talentum cere, qui solidi dividuntur inter Consules et pellifices, sicut prius. — Insuper si quis contra hanc nostram ordinacionem se composuerit, aut in hiis predictos pellifices impedire presumpserit, de eo ad ipsos Consules queremoniam deferent, qui super eo juste judicabunt. — In hujus autem rei evidenciam presens scriptum sigillo nostro fecimus civitatis communiri. — Datum feria sexta ante diem beati Martini; anno incarn. Dom. prenotato. Et ut adhuc melius predicta observentur, statuimus nos Consules, ut, si quis pellicifex convenire predicta presumpserit contumaciter, ita quod forte operari vellet sine gylda, si deferetur ad Consules querimonia, ille rebellis dabit unum talentum, cujus medietatem consules et medietatem pellifices obtinebunt.

9. Bestätigung der großen Gilde der Kaufleute; 1327.

Nos Lambertus de Storke, Hinr. de Voltessen, Johannes de Voltessen super dünck, Johannes Lima, Ludolfus Cerdo, Thydericus Overhoff, Arnoldus Godberti, Arnoldus Hollesen, Joh. Borchard, Joh. Helle junior, Joh. Herberti, tunc Consules in Huxaria, Notum esse volumus universis, sigillo nostre civitatis appenso, presentibus protestantes: Quod de consilio, ac consilio veterum Consulium et prudentium nostre civitatis, ob honorem et reverenciam beati Johannis Ap. et Evang. Mercatorum nostre civitatis majorem fraternitatem, que Thetunice grote Ghilde dicitur, statuimus et firmavimus per presentes: Ut